



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Figulus, Textor.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

dia & otium eliminatur, & opificia, indeque varia proveniens negotiatio incrementum capiunt. Nec ditioribus in iis pauperibus (qui vel præsenio aut infirmitate laborare non possunt, vel præ verecundia emendicare erubescunt, & per adversa ad pauperiem redacti sunt) materia dederit cælum pijs eleëmofynis emendi.

*Faber.*

**Q**uis formavit Deum? & sculptile conflagavit ad nihil utile? Faber ferrarius limâ operatus est. Artifex lignarius extendit normam, formavit illud in runcina [idolum scilicet] Memento horum Jacob & Israel, formavite, ne obliviscaris mei. Il. 44. Applica tibi, qui ob creaturam, quam perditè amas, offendis Deum Creatorem tuum. Nonne hic est Fabri-filius? Matth. 13. Sic Christus videri voluit abjectæ conditionis. Et quos tu fumos habes? ut vel te tuorum inferioris fortunæ pudeat; vel ob eos altiùs elevatos infleris.

*Figulus, Textor.*

**P**recisa est velut à texente vita mea, dum adhuc ordiret, succidit me, de mane usque ad vesperam finies me. Il. 38. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Pl. 2. Nunquid dicit figmentum ei, qui se sinxit, quid me fecisti sic? an non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem.



*Pars secunda de elevatione rem, aliud verò in contumeliam? Rom. 8. Deus in multa patientia sustinuit vasa ire apta in interitum; ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparavit in gloriæ. Ibid. Ex magnis scilicet peccatoribus magnos faciendos Sanctos.*

*Sutorum, Sartorum objecta.*

*Solve calceamentum de pedibus tuis ( terrenos affectus ) Locus enim [ templum ordo religiosus ] in quo stas, terra sancta est. Exod. 3. Nolite portare sacculum neque peram, neque calceamenta. Luc. 10. Superflua viro Apostolico resecanda. Argentum & aurum, aut vestem nullius concupivi, sicut ipsi scitis. Act. 10. Taliter posse loqui gloriosum est viro Apostolico, etiam justitiæ Ministris. Quomodo huc intrasti ( ad Sacrum, Communionem, Oratorium ) non habens vestem nuptialem. Matth. 22. Gratia sanctificantis. Proferte stolam primam, & induite illum. & date annulum in manu ejus, & calceamenta in pedibus ejus. Luc. 15. Filius prodigus symbolum peccatoris in gratiam recepti. Ipsi peribunt [ cæli ] tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut oportorium mutabis eos. Pl. 101. Quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum, quod comeditur à tineâ. Job. 13. Quis est iste? qui venit tinctis vestibus de Bofra? quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcamentum*